

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

parem operi futurum destitisset atas immaturo fato terminata: successit tamen in curam emendationis, NICOLAUS COPERNICUS, Canonicus Varmiensis Borussiae, Dominici Mariae discipulus, maximo vir ingenio, & quod in hoc exercitio magni momenti est, animo liber. Qui cum opus revolutionum planetarum, quod emendationem Tabularum complectebatur, novam formam, maximisque laboribus apparatus, per annos totos XXVII. detinisset in scriniis; tandem, jam extremum vitae limen calcans, Noribergensibus edendum transmisit.

Prutenicarum
origo.

Hoc opus est Tabulas habet explicationibus demonstrationum additas; nemo tamen est hodie, quod sciam, qui eas in calculum adhibeat. Successit enim proximis annis ERASMUS REINHOLDUS, vir cum omni doctrinarum genere excoltissimus, tum imprimis ad Mathematicas artes à natura factus, ob perspicuitatem & facilitatem in rebus abstrusis admirabilem; qui opus hoc Tabularum Copernici jam fato functi, transformandum suscepit, PRUTENICASQUE, vel à Copernico Pruteno, vel à MOECENATE suo Prussiae Duce, & cognominavit, & delecto loci Meridiano, fecit. Regius enim Mons, cui Epochae Prutenicarum sunt accommodatae, non est illud Francia orientalis, quae Regiomontano Patria fuit, sed alterum Borussiae Ducatus oppidum, in littore maris Baltici.

Causas, quas dat REINHOLDUS huius in se susceptae occupationis, videre licet apud ipsum; duas certè dissimulare videtur. Cum enim Tabulae debeant esse Canones $\omega\epsilon\chi\alpha\pi\omega\iota$, ad usum expediti; cum ALPHONSINAE, ceterique Tabularum authores, hunc usum manuarium etiam formam libri adjuvissent, Tabulis numerorum, uno contextu exhibitis, praecipis verò brevissimis initio praemissis: COPERNICI contra liber, Tabulas per textum demonstrationum dispersas habet, quemadmodum & Ptolemaica Syntaxis. Ita fit, ut textu speculationem, Tabulis usum desiderantibus, distrahat animus, ipsumque se opus utilitate sua praecipua privet. Deinde absurdus COPERNICUS Hypothesibus insistebat, quibus offensos lectores REINHOLDUS credidit absterritum iri. Censuit igitur hoc sibi faciendum, ut omisa mentione mirabilium suppositionum, omisis etiam demonstrationibus prolixis & tediiosis, Tabulas ipsas seorsim daret, in libro manuali, correctas & supputatas diligentius, ut illae suas observationes fundamentales, quibus à COPERNICO erant superstructae, repraesentarent exactius.

Cum Astrologia
consuetudo.

Hoc consilio capto, Reinholdus aggressus opus, immanem & insuavem laborem se hausisse, significat. Si de fine eius quæris, est ille quidem laudabilis, certa cognitio motuum; anni modus & meta, æquinoctia, solstitia, eclipses, conjunctiones magna; ut ex earum rerum politia decentissima, sapientia bonitasque, CREATORIS elucesceret. At non tamen interim dissimulat author prædictionum studium; paucisque verbis, sed pregnantibus, quid arti Genethliaca tribuat, innuit; Eventus in hac inferiori natura, affirmans Astrorum motibus & positu effici aut significari, indeque prædici posse.

Astronomia
unde vicitet.

Quid multis? ex ea qua mater hactenus erat, alio mentis intuitu rectius aviam, ex filia matrem feceris, unde nata sit avia vultum referens neptis, iterum Astrologia, ut (quod olim in hac materia scripsi) Astronomiam matrem sapientissimam, sed pauperculam, stulta filia Astrologia, quaestu non ab omnibus aequè probato alat & sustentet. Atque hoc ipsum author specie negantis, concedere videtur. Dum enim divinationes erudito & utili labori Tabularum se negat prætulisse; & versatum se significat in hoc exercitio genere, & partes ei secundas dedisse fatetur.

VERUNTAMEN, ne quis hac eò pertinere putet, quasi virum eruditissimum inter supersticiosos illos Arabas referendum esse censeam, quibus unica lucri, nulla Philosophia cura fuit: adhortor lectores, ut præfationem ejus in Theorias Peurbachij legant, quam ille Anno M. D. XLII. purissimo & suavissimo sermonis genere concepit: in eam namque flores balant ex hortis Philosophiae penitissimis, admirabilis fragrantia, quae lectori veluti mentem ipsam eripit; ut quamvis aliquis rerum humanarum eventus ex astris pendere neget: at certè Astrorum effectus aliquos in rebus humanis agnoscere cogatur. Huc referatur folium 178. illius Commentarij in Peurbachium; nec non & fol. 197.

Tabularum
maturitas.

SED revertatur oratio nostra ad id unde est digressa; jamque inter viros relata Astronomia suam etiam assignet maturitatem & consistentem aetatem. Nam quod Reinholdus de ALPHONSINIS affirmat, scire artifices, quod eorum cum phænomenis non amplius